



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De confessoribus, cap. 71.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

AD ordinem confessorum pertinent Pontifices, Abbates, clerici, monachi, nec non & laici religiosi, Christum vita & ore confitentes, & sine sanguinis sui effusione ad eum, quem confessi sunt, migrantes. Tempore persecutionis omnes Christiani Confessores dicti sunt, Christum in suis tribulationibus corde & ore confitentes, maximè tamen hi, qui pro illo passi sunt. Qui postea antonomasticè dicti sunt martyres, & nomen Confessorum specificatum est, maximè ad sacerdotes Domini, peccatorum confessiones recipientes, quibus data est à Domino potestas ligandi atque soluendi. **APOLLONIVS:** Qui tibi videntur maiores, martyres an confessores? **CÆSARIVS:** Quæstio hæc soluenda est secundum excessus & excedentia, licet ordo martyrum, ordinem confessorum præcellat dignitate, quidam tamen confessores quibusdam martyribus meritò longè sunt superiores: vnde habes in hymno; Plus currit in certamine, confessor iste sustinens, quam martyr ictum sufferens, mucrone fundens sanguinem. Ecce exemplum; Certum est, ordinem Episcoporum digniorem esse ordine Abbatum, attamen quidam Abbates regales, quibusdam episcopis gloria & honore maiores sunt. **APOLLONIVS:** Consentio. **CÆSARIVS:** Quanta sit in visionibus beatorum confessorum consolatio, paucis tibi explicabo.

CAPVT LXXII.

EST quidam apud nos Conuersus, cuius nomē *Visiones?* proderè non licet, vir bonæ conuersationis, *de sanctis* & sanctum Nicolaum specialiter diligens: iste, *Confessoribus.* sicut ab ore eius audiui, in quadam solennitate, infra matutinas, iam dictum confessorè pontificalibus indutum in choro stare conspexit: de cuius visione, quæ magnæ fuit reuerentiæ, tantum gaudij cor eius concepit, vt sibi altitudine duorum pedum à terra suspensus videretur. Non solùm hic beatissimus pontifex perfectorum visitator, sed & miserorum in sumis necessi-

*Confesso
res qui
sint, &
cur ita
dicantur.*

Matt. 18